ad eandem omnia inscribi et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes ex inde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minori nita personam Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta ad Evictorem vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis, non differendo, ad quietationem praeterea ultra praesenos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis, siue etiam Castrensis Capitanealis Sanocensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri, bello Conventione ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

Religiosus Popowicz Manasterskiemu cedit. 770

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Religiosus Theodorus Popowicz sanus mente et corpore existens a Terrestribus Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attract,

se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo.
palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia
ipse de omni et integro Iure suo infrascripto nempe
de summa Viginti Florenorum Polonicalium vigore Recogno-
scenti modo obligatorii in et super Bonis suis proprii-
is et haereditariis videlicet Dwa zagony Pola w Blo-
niu na Manasterskim od Debrzy do Bystrzyce Rze-
ki, in Bonis villae Manasterzysk magny Terra vero et Di-
strictu praesenti Praemysliensi iacens et consistens con-
tram Acta Officii praesentis inscripta et ad solvendum
per Nobilem ac Religiosum Matwiey Manasterski
Poparem in Villa Manasterzysk parva feria Sexta
post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae
proxima Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Se-
cundo assecurata, tum et de eadem ipsa Inscriptione obli-
gatoria Castrensi Praemysliensi atque Bonis memoratis
in eadem Inscriptione obligatoria contentis, cum parata
Bonorum eorundem Iurisque praesentis cessi Intromissione
Tuitione Evictione ● circaque in hucusque per se Re-
cognoscentem continuata Possessione. Cum omni praemisso-
rum Iure, Dominiis proprietate competentiaque et prae-
rogativa qualis, omnibusque et singulis Inscriptio-
nis praedictis obligatoriis Iurisque praesentis cessi Conditio-
nibus, punctis, clausulis, articulis vadio, ligamentis, ac
nexibus in universum omnibus, summa quoque supra-
scripta et Bonorum Summa eadem oneratorum, utili-
tatibus, fructibus, proventibus, redditibus commodis, emo-
lumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis
generaliter universis nihil ex praemissis Iuris, Dominii
proprietatis, ac cuiusvis competentiae et praerogativae

pro se Recognoscente suisque Successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula praesentibus recognita ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat ipsumque concernebant ac eidem legitime deserviebant, iam ex nunc et de facto Nobili Andreae Manasterski suprascripti Nobilis ac Religiosi Matthaei Manasterski filio, eiusque Posteris (accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cessit et condescendit prout cedit et condescendit praesentibus, omneque et integrum Ius suum totum, sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Nobilis Andreae Manasterski Cessionarij sui eiusque Successorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit seu incorporavit prout transfert transfundit, ac incorporat praesentibus, In quod quidem Ius praesens cessum, summam, ac Bona, summa eadem onerata, praemissaque ita praesentibus per se Recognoscentem transfusa idem Recognoscens, Religiosus Theodorus Popowicz, praefato Nobili Andreae Manasterski Cessionario suo eiusque Posteris, iam ex nunc et de facto coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque Possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerint sibi acceptandam. Per ipsum Cessionarium suum et ipsius Posteros hocidem Ius praesens cessum, summam ac Bona summa eadem onerata praemissaque omnia per praesentes transfusa cum universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiaque et praerogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumque Successorum

1980
quousque bene placitos vsusfructus libere, et effectualiter con-
uertendi, praefati Iuris originalis eandemq Latiuslle se
complectentis praesentisque Cessi et transfusi vigore, Debery
et tenebitur memoratus Recognoscens Religiosus Theodo-
rus Lopaticz prout se ac suos successores in et super
Bonis suis generaliter omnibus, ac summis quibusuis
pecuniariis habitis et habendis praefato Nobili Andreae
Manasterski Cessionario suo inscribit et obligat prae-
sentibus, ipsum et eius successores in dicto Iure Cesso Sum-
maeque ac Bonis summa eadem onerato praemissisq omni-
bus per praesentes transfusis et ratione eorundem orienti-
bus praesentibus abvcessorum ab omni et qualis impetitione
quarumcunque personarum cuiuscunque Condi-
tionis status et sexus cuiuslibet existentium ex re, per-
sona et occasione sui Recognoscentis ac suorum succeso-
rum, Iurisque praesentibus Cessi tantummodo et non vl-
tra exorienda in omni Iudicio et Officio Regni, semper
totiesquoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, in-
tercedere, et eliberare indemnemque eum Posteris redde-
re nec non hoc idem Ius praesens Cessum, summam ac
Bona, summa eadem onerata praemissaque omnia praesentibus
transfusa ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus
prioribus et posterioribus super eadem praemissa omnia
praesentibus condescensa quibuslibet personarum modo
quocunque itidem ex re persona et occasione sui Reco-
gnoscentis suorumque successorum tantummodo et non vl-
tra factis et faciendis, nonetiam a quibusuis Cita-
tionibus super eadem praemissa omnia per praesentes cessa
importatis et importandis, Lucris Decretisque et Deductis
Processibusque Iurisquibusuis in quocunque puncto et
gradu.

gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus per praesentes transfusis eidem ex re, persona et occasione sui Recognoscentis suorumque Successorum tantummodo et non ultra perductis et perducendis emundare et eliberare mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti admissam, in fundo Bonorum praefatorum summa eadem praesentibus abcessa oneratorum dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere dataque et admissa eadem Possessionem et usum fructum praemissorum omnium praesentibus transfusorum quovis modo tam per se, quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumque Cessionarium suum et ipsius Successores in praemissis omnibus praesentibus condescensis nullo modo inturbari, ita ut idem Cessionarius suus cum suis Posteris hocidem Ius praesens cessum summam ac Bona summa eadem onerata praemissaque omnia praesentibus cessa cum universis earum utilitatibus et usufructibus competentiaque et praerogativa quavis quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Cessionariae vigore, tenere habere et possidere queat, illudque sibi ... idque sub vadio summa viginti florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Religiosum Theodorum Popowicz sive eius Posteros praenominato Nobili Andreae Manasterski Cessionario suo, vel illius Posteris ob non completionem praemissorum

1982.

omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo, ac parte aliqua principali ex praemissis non contenta, ac sententia complenda, citatus existens memoratus Recognoscens Religiosus Theodorus Popowicz, vel eius successores ad instantiam praefati Nobilis Andreae Manastyrski vel eius Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recessu supra scripto, quo ad respondentem spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes, exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate, pro Maiori Minori aetate successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad Munimenta, ad Succentorem, vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officiis praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Primis Simplicibus vel triplicibus, Evasionibus, suspensionibus, fatalibus Iuris, prorogatione Terrestri, belli Conventione ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo aliquovis evadendo. Hac sua praesenti persona lo-

Recognitione ad præmissa omnia mediante. 1983.

Feria Tertia in Crastino Festi Sanctæ Margaretæ Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. 14/VII

Ortynscy Coniuges Ortynskiemu obligant

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobiles Nicolaus Ortynski, et Eva Czaykowska Coniuges legitimi, sani mentibus et corporibus existentes, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibus via propriis et competentibus recedendo præsenti verò Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quò ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter, et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi et quidem Consors, cum præfati Mariti sui, uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et consensu ad infrascripta recognoscenda consensu Bona sua propria et hæreditaria infrascripta, videlicet Certam sortem za Rzeką Bystrzycą in Bonis Villæ Ortynice Terra verò et Districtu præsenti Premysliensi iacens et consistens. Cum omni præmissorum Iure, Dominio, proprietate,